

1781

P O L E M I C I.

1782

fratres predicatorum ad gratiam et gremium vniuersitatis redierint et recipiantur, ipsi fratres in omnibus actibus scolasticis, processionibus et alijs honoribus eant ultimi, qui alios in honore precedebant. Et sic ordo eorum hic in francia videtur esse quasi destructus, et timeo, quod temporibus nostris ad suum honorem numquam poterunt releuari. Hec sunt que pro nunc scribenda occurrunt. Si aliqua sunt noua, mihi rescribatis precipientes michi vobis in omnibus obedire parato. Literae hae, quas ad Nicolaum de Dünkelsplubl datas existimo, ad ea illustranda valent, quae de turbis his Caes. Egass. Bulaeus et Steph. Baluzius suppracc. Nat. item Alexander Hist. Eccl. T. VII. c. 3. art. 23. Jac. Quetifus Scriptt. O. P. T. I. p. 691. Jac. B. Bossuetus in Def. Declarat. Cleri Gallic. P. II. p. 102. tradidere.

Fol. ult. Codicis nostri p. 2. superscriptum reperio: Hic liber est Cenobij sancte marie virginis alias Scotorum Wyenne.

CCCCLI.

173 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 22. f. inscriptus est: Ad Serenissimum Romanorum, Hungariae, Bohemiaeque &c. Regem &c. Ferdinandum. Preparatoria pro catholica unione regni Bohemiae. Autor est Job. Faber post Episcopus Vienn. et initium: Serenissime pientissime, ac clementissime Rex. Hanc piam Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

sanctam, et per omnia salutiferam cogitationem &c. Opusculum hoc, sed imperfectum, Cod. DCCCCLXVII. adnotatum fuit; dignum autem omnino est, ut totum perlegatur.

II. fol. 23. Summarium Scripturarum Serenissimo Romanorum, Hungariae, et Bohemiae &c. Regi Ferdinando datarum, pro unione religionis in regno Bohemiae. Per Johan. Fab. Episcopum Viennensem. Anno salutis nostrae XXXVII. Sunt tituli XXIII. Scriptorum, quorum plura ex Actis Concilii Constant. excerpta sunt, alia in Codd. quos Adversaria Job. Fabri diximus, leguntur.

CCCCLII.

Codex chartaceus lat. germ. 96 Sec. XVI. Folior. 171. f. ex quibus plurima pura sunt, continet Job. Fabri Leutkirch. Suevi Episcopi Vindobon. et Ferdinando I. Imp. a Consiliis et confessionibus ✠. 1541. Adversaria ad coorta tunc temporis Religionis dissidia spectantia, partim idiographa, partim aliena manu descripta, cum latina, tum germanica. Operimento adglutinata est Donationis formula excusa, qua Codicem hunc post mortem suam ad D. Nicolai Collegium a se Adolescentium in literis educationi fundatum transfert, huicque similis chirographa manu Dionysii Sperlin in voluminis principio et fine extat. En rerum seriem.

O o

Fol.

1783

C O D I C E S

1784

Fol. I. Catalogus tumultuarius Operum Lutheri, ejusque Affectarum.

Fol. XXIV. Nomina Commissariorum, qui sunt idonei ad agendum cum ciuitatibus imperii in religionis negotio.

Fol. XXX. Articuli, in quibus non est concordatum cum Protestantibus. Sunt Confessionis Augustanae, scriptique dicuntur in margine: *Auguste anno 1530. die 19. Septembris.*

Fol. XXXIV. Summaria collectio tractatus, qui ob maiorem amicitiam atque tranquillitatem institutus est — *16. Augusti A. 1530.* ubi et septem personae nominantur, quae ex utraque parte congressae sunt. Rem habes apud *J. Cochlaeum in act. et script. Luth. ad b. a. p. 209.* et *G. Coelestinum in Hist. Comitior. Aug. T. III. p. 42.*

Fol. XXXX. Sequitur breue quoddam compendium eorum quae de statibus ordinati cum reliquis aduersae partis — ad causam deputatis egerint, quae res ad quatuor articulos extenditur. Acta sunt haec *29. Aug. 1530.* Articuli vero erant: *Communio sub utraque, Missa publica et privata, Sacerdotum Coniugia, Monachatus.* Vide *Cochlaeum suprac. p. 212. Coelestinum p. 59.*

Fol. XXXXII. Novissimus tractatus cum quinque doctoribus atque Principibus tum ciuitatibus. *30. Aug.*

Fol. seq. Sententiae excerptae ex Lutheri et Melanchthonis Operibus latine.

Fol. XXXXIV. Responsum et iudicium Card. Legati *Laur. Campegii* ad VIII. *Articulos* pro concordia propositos. Leguntur hi apud *Coelestinum p. 78.*

Fol. seq. Catalogus *Coenobiorum*, quae sustulit *Alb. Comes Mansfeldius* Saxoniae Electori a conf. intimo, germanicus, manu *Fabri.*

Fol. XXXXIX. Fragmentum Capitum, in quae usque ad futurum Concilium conventum est. Confer *Coelestinum p. 78.*

Fol. LI. Consilium, qua ratione ii, qui in Comitibus Imperialibus plurimum in religionis negotio pro parte Catholicorum laborarunt, praemiandi forent. Sunt vero *D. Joannes Eck, D. Joannes Fabri, Cancellarius Badaensis D. Veus, D. Leonardus ab Eck et Nabeck, et D. Joannes Cochleus*, quorum labores fingillatim enumerantur. *V. Coelest. T. IV. p. 96.*

Fol. LIII. Affectum, et *Fabri* manu frequenter correctum *Caroli V. Edictum contra Lutherum*, in quo mentio fit *Edicti Wormatae* eodem in negotio a. 1521. propositi. Incipit: *Omni- bus constare atque recenti memoria teneri non dubitamus. quo pretextu ante aliquot annos quidam nomine Martinus Lutherus &c.* In fine mancum.

Fol. LXI. Epistola *Anonymi* ad *Fabrum* de *Colloquio Capitonis* et *Buceri* cum *Zwinglio Tiguri* habito, et concordia cum eo circa *Eucharistiam* inita. *Reuerende ac obseruande Domine. Pro*

1785

P O L E M I C I.

1786

Pro nouitatibus significo R. D. V. me hac hebdomada fuisse in schaffbusen, ibique comperisse &c.

Fol. LXVII. Deliberatorius tractatus super pacifico recessu usque ad futurum Concilium. Plinius, quam supra fol. 49. Vide Coelest. suprac.

Fol. LXIX. Sententiae Lutheri et Melanchthonis, ut fol. 43. sed germanice.

Fol. LXXI. Fragmentum Articulatorum in Colloquio 20. Augusti ventilatorum de discrimine Ciborum, Ceremonijs et diebus festis. Item de Communionem sub utraque specie, Missis, Coniugatis Presbyteris et Monasterijs. Vide Coelest. p. 45. et seq.

Fol. LXXIII. Edictum Caroli V. ut supra fol. 53. sed germanice: Uns zweifelet nit yr seynt eyngedenck vnd tragent gutt wissenn wie sich vor jaren eyner mit namen Martin luther &c.

Fol. LXXIX. Compendium Confessionis protestantium principum Electoris aliorumque et eorum consortium, quam Caesarea M^{ti}. tradiderunt. et subsequentis tractatus, quem cum eis habuerunt quidam a statibus imperij deputati, quantum et in quibus simul unanimes et conformes existunt. Incipit: Cum igitur Confessio fidei suae a quinque principibus &c. In ora citantur folia cum Confessionis, tum Tractatus.

Fol. XCII. Johannis Elect. Sax. Georgii March. Brandeb. Ernesti Ducis Brunsv. Philippi Hassiae Landgr. et Wolfgangi Princ. Anhalt. Libellus supplex

ad Carolum V. pro retinendis Concionibus suis, porrectus 17. Jun. 1530. Incipit: Allerdurchleuchtigster &c. Nach dem Euer Kay. Mt. uns gestern zu einem abschied gegeben &c. Extat latine Coelestini T. I. p. 86. sed male hodie pro heri.

Fol. CVI. Recessus seu Decretum a Carolo V. Augustae latum 1530. 22. Septembr. in causa Religionis. Incipit: Posteaquam Caes. Ma^{tas}. Generalem dietam et Conuentum in octauum diem Aprilis &c. legiturque Coelestini T. III. p. 137. sed non ad verbum.

Fol. CX. Articuli jam allati foll. 4. et 67. sed germanice.

Fol. CXII. Epistola fol. 61. indicata ad Fabrum, sed iterum germanice.

Fol. CXIV. Exemplum germanicum recessus, quod habetur latinum fol. 106.

Fol. CXXX. Epitome germanica Confessionis Protestantium, quae fol. 79. latina legitur.

Fol. CXLVII. Propositiones Lutheri de Fide, de Verbo Dei, de S. Scriptura, de V. et N. T. subjuncto ubivis veterum Haereticorum et S. Scripturae sensu.

Nota: in hoc Codice varia ex recensitis Scriptis bis extare.

CCCCCLIII.

Codex chartaceus lat. germ. 97 Sec. XVI. Folior. 243. f. rursus continet Adversaria Johannis Fabri